

NOS DON IVAN IACOBO PANcirolo, por la gracia de Dios, y de la ſanta Sede Apoſtolica, Patriarca de Conſtantinopla, y de nueſtro ſantiſsimo P. Vrbano, por la divina providēcia Papa Octavo, Nuncio, y Collector general Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña. A todas, y qualeſquier perſonas Ecleſiaſticas y ſeglares, de qualquier eſtado, grado, dignidad, y calidad que ſean, de la ciudad, y todo el Arzobiſpado de Sevilla, aſſi hombres, como mugeres, y a cada uno, y qualquiera in ſolidū, ſalud en nueſtro Señor Ieſu Chriſto. Sepan, que por parte del Dean, y Cabildo de la ſanta Igleſia de Sevilla, ſe preſentò ante Nos el Breve ſiguiente:

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM Eccleſiæ divino cultui dicatæ domus ſint orationis, eaſq; propterea omnis ſanctitudo deceat, merito Nos quibus cunctarū per Orbē univerſum Eccleſiarū cura à Deo commiſſa eſt, advigilare convenit, ut ab eiſdem Eccleſijs quicunq; actus profani, & indecentes procul arceantur; itaque cum ſicut pro

parte

parte dilectorum filiorum Decani, & Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Hispalen. Nobis nuper expositum fuit pravus in illis partibus sumendi ore, vel naribus Tabacum vulgò nuncupatum usus adeo invaluerit, ut utriusque sexus personæ, ac etiam Sacerdotes, & Clerici, tàm seculares, quàm regulares clericalis honestatis immemores, illud passim in Civitatis, & Diœcesis Hispalen. Ecclesijs, ac quod referre pudet, etiam sacrosanctum Missæ sacrificium celebrãdo sumere, linteaq; sacra fedis, quæ Tabaccum huiusmodi prolicit excrementis conspurcare, Ecclesiasq; prędictas tetro odore inficere magno cum proborum scandalo, rerumque sacrarum irreverentia non reformident. Hinc est, quod Nos, ut abusus tam scandalosus ab Ecclesijs huiusmodi prorsus eliminetur, pro pastorali nostra sollicitudine providere, ac Decanum, & Capitulum præfatos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijs ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quib⁹ quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequẽdum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus ipsorum Decani, & Capituli Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusq; sexus personis, tam secularibus, quàm ecclesiasticis, etiam cuiusvis Ordinis, Instituti, ac Militiarum etiam hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani regularibus quomodolibet qualificatis, & quantũlibet privilegiatis, & exẽptis etiã speciali nota, & expresione dignis, ne de cætero in quibusvis civitatis, & diœcesis prædictarum Ecclesijs, earumq; atrijs, & ambitu Tabaccũ, sive solidum, sive in frustra concisum, aut in pulverẽ redactum ore, vel naribus, aut fumo per tubulos, & alias quomodolibet sumere audeãt, vel pręsumant sub excommunicationis latæ sentẽtiæ eo ipso absq; aliqua declaratione per contrafacientes incurrendæ pœna, auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Quo circa Venerabili Fratri Archiepiscopo Damiaten. moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio, per præsentes committimus, & mandamus quatenus per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit solemniter publicare faciat, illas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat in-

violabi

violabiliter obſervari; contradictores quoslibet, & rebelles, ac prohibitioni huiuſmodi non parentes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ Octavi, prædeceſſoris noſtri de una, & in concilio generali ædita, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in iudicium non trahatur, alijſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam Conciliaribus, necnon eccleſiarum prædictarum, ac quorumvis ordinum, congregationum, & inſtitutorum regularium, ac militiarum etiam Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorũ quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innodatis. Quibus omnibus & ſingulis illarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus vel alicui coniunctim, vel diviſim ſit ab eadem Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per literas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem; Volumus autem, ut præſentium traſumptis etiam impreſsis manu alicuiꝰ Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitatè Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadẽ prorſus adhibeatur fides quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud ſanctũ Petrum, ſub Anulo Piſcatoris. Die 30. Ianuarij M.DC.XLII. Pontificatus noſtri Anno Decimo nono.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Anuli Piſcatoris.

Y Aſsi preſentado, y por nos viſto, mandamos dar, y dimos las preſentes, por las quales, y la autoridad Apoſtolica a Nos cõcedida, de que en eſta parte uſamos, Mandamos a todas, y qualeſquier perſonas Ecleſiaſticas etiã regulares, y ſeglares, aſsi hombres, como mugeres, de qualquier eſtado, grado, condicion, dignidad,

calidad,

calidad, orden, o eſtatuto, exempcion, etiam del Hoſpital de S. Iuan de Geruſalem, y de otro qualquier previlegio que ſean, y pretendan gozar, y a cada uno in ſolidum, en virtud de ſanta obediēcia, y ſo-pena de excomunion mayor Apoſtolica trina Canonica monitionæ præmiſſa en derecho latæ ſententiæ ipſo facto incurrēda, y otras penas a nueſtro arbitrio, que ſiendo leydas y publicadas las preſentes en qualquiera igleſia de las del dicho Arçobiſpado de Sevilla, o como dellas ſepan en qualquiera manera, guarden, y cumplan el tenor de el dicho BREVE, y en ſu cumplimiento no tomen por boca, ni narizes, Tabaco en oja, ni en humo, ni en polvo, en las igleſias del dicho Arçobiſpado, ni en ſu ambito, ni patio dellas. Con apercebimiēto, que procederemos contra rebeldes por todo rigor de Derecho. Y ſo las dichas cenſuras mandamos a qualquier Notario, o Eſcrivano para ello requerido, lea, y publique las preſentes en las igleſias y lugares del dicho Arçobiſpado. Dada en Madrid a catorze de Iunio de mil y ſeyſcientos y quarenta y dos años. Andres Mangillus Auditor. Por mandado de ſu ſeñoria illuſtriſſima. Iuan de Pau, Notario ſecretario.

PVblicoſe el Breve Apoſtolico, y mandamiento del ſeñor Nuncio, arriba contenidos, en la ſanta igleſia Metropolitana de Sevilla, entre los dos Coros, a la ora del Ofertorio, por mandado de los ſeñores Dean y Cabildo de la dicha ſanta igleſia, en Domingo 27. de Iulio de 1642.

